

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conpleteens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

**Jahr:** 1743

**Kollektion:** Zoologica

**Werk Id:** PPN369546733

**PURL:** [http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733|LOG\\_0178](http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733|LOG_0178)

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

## CAPUT OCTAVUM. VIII. HOOFDSTUK.

## Caprificus Chartaria. Sakka.

**I**N præcedenti capite indicatum est, latifoliam speciem Amboinensibus itidem vocari *Sakka*, hoc vero nomen huic proprie arbori cōpetit, quam hic describemus, & quæ cum utrisque prioribus speciebus magnam gerit adsinitatem, præfertim cum angustifolia; est enim adulta arbor, corticem gerens glabrum & albicanter, raras parvasque alas prope radices & ad ramos, qui glabro ac viridi obducti sunt cortice, ex quo album ac dulce exstillat lac, si vulneretur, rarius autem ex trunco, quodque alba linæ fuscis inficit maculis.

Eius folia minora sunt illis *Malahuols* primæ speciei, ex oblongo cordiformia, plerumque septem, decem, & undecim pollices longa, quinque, sex, & septem lata, ac sensim in apicem angustata, magisque flavescentia prioribus, prope petiolum tres majores nervi concurrunt, longisque insident petiolis inordinata circa ramos. In junioribus arboribus oblongiora sunt, undecim nempe ac duodecim pollices longa, septem lata, & integra, quædam vero ex vetustioribus breviora sunt & rotundiora, semper vero pollicem longiora sunt quam lata.

Fructus plani sunt Fici, superius profunda fovea notati seu umbilicati, illis præcedentis latifoliæ omnino similes, externe pallide virentes, paucisque albis maculis variegati, maturi vero flavescent. Hi fructus non in trunco observantur, uti in prioribus binis *Habuol* speciebus, sed in ramis inter & post folia. Hæc quoque arbor peculiarem internum gerit corticem ipsi proximiorem ligno, qui tenuior & lentior est priore, ac proinde aptior est ad texturam quanquam ex illo formaudam, uti id postea indicabitur, ejus lignum est album, molle, multisque ex vorticibus & intricatis venis constat.

*Nomen.* Latine *Caprificus* seu *Sycomorus chartaria*, sunt enim hæc species *Ficum silvestrium* Indicarum, quibus bina hæc competit nomina: Malaise & Amboinice *Sakka* vocatur.

*Locus.* In Cerama hæc arbores obcurrunt in campis planis & tenuibus silvis, raro in Amboina, ibique in Hitoes ora.

*Uſus.* Hisce in insulis fructus non eduntur, sed a Bandensibus illi *Saccæ*, ni modo sit angustifolia species, contra arboris cortex ab Alphorenibus magno in pretio habetur, liber ejus enim seu cortex internus, qui tranversaliter nullo modo frangi potest, sed quodammodo per longitudinem findendus est, succosus ac dulcis, instar junioris *Pinangæ*, hunc per aliquod tempus in aqua macerant, extenduntque quam tenuissime instar lintei rufis, nullam instituentes texturam, est autem tali modo præparatus hic liber durabilissimus, atque ex hoc silvestres populi *Tsyedakkos* seu campestria formant, Amboinensibus *Sakka* vocata, quibus partes pudendas obvelant, ac porro nudo incidunt corpore; hunc in finem corticem eligunt rectorum ramorum vel juniorum arborum, quæ rectos gerunt trunco, hi enim succiosiores sunt, meliores, aptioresque huic operi, recens arboris lignum adeo grave, ac succo repletum est, ut in aqua fundum patat, facillime autem siccatur.

*Sacca Javana* arbor est ab Amboinensi haud multum diversa, paulo minora gerens folia, ex ejus cortice rudiores formant chartas, fordiste albicanter, & rugosas instar chartæ emporeticæ, Malaise & Javanicæ *Daluwan* dicitas; sic quoque in tota Celebes parte Orientali præfertim circa *Tambucco*, ut & ad occidentalem ejus plagam in sinu *Cajeli* binæ obcurrunt arbores, ex quibus vestes chartaceæ fabricantur, nihil vel parum a Javanorum *Daluwan* diversæ.

Prima frutescit, seu arbuscula est, uti puto ex genere silvestris *Gossypii*, quæ postea libr. 6. describetur, & *Tamboccanis Wöö* dicitur, altera est arbor alta, viri crassitiem gerens, *Topikki* vocata, quæ quodammodo convenire videtur cum *Sacca nostræ*; ex relatu autem incolarum comperi, diversam esse arborem. Magna gerit cordiformia folia non laciniata, sed ad oras ferrata, rugosa, & pilosa, quæ cutis pruri-

*Papier gevende Vyge-Boom.*

**I**N 't voorgaande Kapittel is gezeght, dat de breedbladige by de Amboinezen ook *Sakka* genaamt werd, maar die naam komt egentlyker deesse boom toe, die wy bier beschryven zullen, en met beyde soorten van de voorgaande *Hahuol* groote gemeenschap heeft, inzonderheid met de smalbladige. Het werd mede een volflagen boom, met een effene witachtige schorffæ, weynige en kleene vlerken, by de wortel en de takken met een effene groene schorffæ bekleed, waar uyt witte en zoete melk loopt, als men ze quetst, doch weinig uyt den stam, die op 't witte linnen bruyne vlakken maakt.

De bladeren zyn wat kleender dan van *Malahuol* eerste soorte, als een langwerpig bart, in 't gemeen 7. 10. en 11. duymen lang, 5. 6. en 7. breed, allengsken in een spits toelopende, geel-groender dan de voorige, met 3. hoofd-zenuwen by de steel t'zamen lopende, en staan op lange steelen, zonder ordre rondom de takken. Aan de jonge boomen zyn ze wat langwerpiger, te weten 11. en 12. duymen lang, een dito breed, beyde met gebeele kanten, sommige van de ouden werden korter en ronder, dog altyd ruym een duym langer zynde dan breed.

De vruchten zyn platte *Vygen*, met een merkelyken kuyl voor aan, die van de voorgaande breedbladige gebeel gelyk, van buyten ligt-groen, met weinige witte puntjes, ende ryk wardenze geelachtig. Deze vruchten vind men niet aan den stam, gelyk aan beyde de voorgaande soorten van *Hahuol*, maar aan de takken, tusschen en agter de bladeren. Zo heeft ook dezen boom nog een byzondere binnen-bast, naast 't bout leggende, fynder en tayer dande voorgaande, en dierhalven bequamer om eenig geweef daar van te maken, gelyk gezeght zal werden, 't bout is wit, week, vol drayingen en verwerdeaderen.

*Naam.* In 't Latyn *Caprificus* of *Sycomorus Chartaria*, want 't zyn soorten van wilde Indiaansche *Vygen*, die men onder die beyde namen kan brengen. Op Maleys en Amboinsch *Sakka*.

*Plaats.* Men vind deze boomen op *Ceram*, op vlakte velden en ligte boschen, weinig in *Amboina*, en aldaar op de Kuft van *Hitoes*.

*Gebruik.* In deze Eylanden werden de vruchten niet gegeten, maar van de Bandaaze *Sakka* wel, zo dezelve misschien niet de smalbladige is; daar en tegen de schorffæ is by alle *Alphoerezen* in groot gebruyk, namentlyk de binnen-bast, dewelke over-dwers gantsch niet te breken is, maar wel eenigszins in de lengte te scheuren, zappig en zoet van smaak als jonge *Pinang*. Dezelve weken zy een poos in water, rekkenze en makenze zo dun als grof linnen doek, zonder iets daar aan te weven: Dit is zeer duabel, en daar uyt maken de voornoemde *Wilde bare Tsjedakkos* of breedte banden, by de Amboinezen *Sakka* genaamt, waar mede zy de schamele ledien omwinden, en voorts naakt lopen; tot dezen eynde nemen zy de bast van de regte takken of jonge bomen, die een regte stam hebben, want dezelve zyn zappiger, beter en bequamer tot dit werk, 't versche hout is zo swaer en vol vochtigheid, dat het in 't water zinkt, maar het droogt zeer ligt op.

*Sakka Javana* is een boom van de Amboinsche niet veel verschillende, wat kleender bladeren bebbende, uyt wiens bast zy een slag van grof papier maken, vuyl-wit en ruyg, gelyk ons pak-papier, in 't Maleys en Favaans *Daluwan* genaamt; zo heeft men ook op Celebes gebeele Oost-kuft, inzonderheid omtrent *Tambucco*, en aan de West-zyde in de bogt van *Cajeli*, tweederley bomen, waar van men papiere kleedjes maakt, niets of weinig van 't Favaanse *Daluwan* verschillende.

De eerste is een heester of kleen boomje, na myn giffing uyt 't gelag van wild *Cattoen*, 't welk wy bier na in 't zesde Boek beschryven, in 't Tamboccaans *Wöö* genaamt; de andere is een hooge boom, in de dikte van een man, genaamt *Topikki*, dewelke schijnt eenige gelykenisse met onze *Sakka* te hebben; doch uyt 't verhaal der Inlanders bemerk ik, dat het een byzondere boom zy. Hy heeft grote hertvormige bladeren, zonder kopen, maar aan de kanten

ritum excitant. Ejus fructus forte erunt juli longi instar illorum *Caudæ felis*, non rubri, sed albi vel virescentes, nullum notabile gerentes semen. Sauciatus truncus lac quoque fundit, estque circa cor concavus, lignum ejus leve est & inutile, immo ipsi foco non utile est, quum ignem non alat.

Ob magnum ejus usum, & ut continuo multæ ejus arbores ad manus essent, vetusti trunci prope radices excidebantur, quum hi multos emittant surculos, qui transplantantur. Horum medius cortex seu liber eodem maceratur modo, contunditur, subigitur, inque mensa extenditur, & ad solem exsiccatur, ut supra memoratum est. Ejus frusta dein in quadratam scinduntur formam, quorum partes adglutinantur, ac lapide poliuntur, unde tam compactam adquirunt massam, acsi unica esset vestis, ex qua amplos formant saccos, qui duobus sufficerent hominibus: Hi sonitum edunt chartaceum, nihilominus sunt lenti, nec rimas facile agunt, si modo ab humido præserventur. In hisce dormiunt tam viri quam feminæ, quum leves sint, & refrigerio inserviant, sique aliquamdiu tractati fuerint, istum sonitum non edunt ac mollescunt, rudiores sunt præcedentibus, sed non ita crassæ, quam vulgaris nostra charta emporetica, coloris fordide albentis, seu flavescentis, omnino instar Javanorum *Dalawan*, unde & optime valent ad quævis hisce involvenda & inpingenda. Tam subtile vidi saccos, ut nullas futuras exhiberent iis in locis, in quibus adglutinati essent, quum vero fordidi sint, in aqua marina leniter eluendi sunt, non autem circumvolvendi, sed iterum explicandi, & ad solem exsiccandi, disolutaque futurae iterum sibi inponendæ, ac levi lapillo seu porcellano corniculo poliendæ.

Hæc secunda vestimentorum species in Tambocco vocatur *Inike*, Malaise *Boedja*, utraque vero Javanis *Daluwan* dicuntur.

## CAPUT NONUM.

### *Caprificus aspera. Gobi.*

**H**æc species Ficuum Indicarum silvestrium peculiare constituit genus, ab antecedentibus quam maxime diversum, atque in binas dividitur species, in latifoliam nempe & angustifoliam.

Primo *Gobi latifolia* mediocris est arbor, obscure viridi seu nigricante cortice obducta: Ejus folia inæqualis sunt magnitudinis, quædam enim novem & decem pollices longa sunt, sex digitos lata, quædam quinque & sex pollices longa, quatuor digitos lata, sed cuncta prope summum latissima, & citissime angustata in acutum desinunt apicem, inferius binis rotundis auriculis donata, ad oras non quidem dentata, sed hinc inde angulosa & sinuosa sunt acsi dentata essent, in junioribus vero arboribus maxime dentata sunt: Sunt autem obscure viridia, sicca, & firma, ad tactum rugosa, ac fere spinosa, præfertim ab inferiore ipsorum parte. Paucis pertexta sunt costis transversalibus, quæ late distant, interstitia vero sunt inæqualia, multisque venulis repleta instar *Varingæ*, brevibus ac crassis insident petiolis, plerumque obposita, sed non certum observant ordinem.

Fructus non tantum ex cunctis excrescunt ramis, sed ex ipso etiam trunco usque ad radices, & ubi denudatae sunt, qui vero ex surculis progerminant, foliarii dependent, grossulos referentes ex foliorum alis, suntque rotundi instar globuli sclopeti, ac superius umbilicati, pallide virentes, albis ac cœruleis maculis notati, ad tactum rugosi.

Caro exterior alba est & granulosa, & dentibus incisa viscosa, sed lacte caret, intusque granula continet uti *Fici*, qui vero ex trunco propullulant, racemosi sunt plures simul dependentes. Ex minoribus ramis & foliis nullum exsudat lac, sed tantum succus penitus viscosus & lacteus ex trunco exfluit, uti & ex fructibus ab illo pendulis.

Sponte crevit in vallis, quidam vero ipsam plantant prope ædes per arbusculas.

Hæc

kanten gezaagt, ruyg en bayrig, diewelke op de buyd een jeuken maken. Zyne vruchten zullen zyn lange staarten, gelyk die van *Caudæ felis*, niet rood, maar wit of groenachtig, zonder kennelyk zaad. De gequetste stam geeft mede melk, omtrent 't bert bol, 't bout is ligt en ondeugent, zelfs tot het branden onbequaam, om dat bet geen vuur houdt.

Wegens zyn groot gebruyk, en om dat men gestadig vele boomen by der hand zoude hebben, zo plag men de oude stammen by de wortel om te bouwen, wanneer dezelve veele scheuten uytgeeft, die men dan afscheekt en verplant. De middelste bast bier van werd op diergelyke manier geweekt, gekneed, op een tafel uytgebreyd, en in de Son gedroogt, als voren. De stukken werden daar na vierkant gesneden, met de aarden op malkander geplakt, en met een steen gelikt, zo werd het zo vast als of het een kleed was, daar uyt ze dan groote wyde zakken maken, waar in twee personen gemakkelyk kunnen gaan. Deze kleedjes rammelen als papier, niet te min zyn ze tay, en scheuren niet ligt, als men ze maar voor vogtigheid bewaart. Hier in slagen zo wel mannen als vrouwen, omdat ze ligt en koel zyn, ook door 't handelen dat rammen verliezen, en gedweeg werden; zy zyn wat groover dan de vorige, dog qualyk zo dik als ons gemeen pak-papier, vuyl-wit of geelachtig van coleur, t' eenemaal als 't Javaanze *Daluwan*, daarom ze ook zeer bequaam zyn om alderbande goed in te winden, en te pakken. Men vind zodanige zakken, die zo subtel op malkander gepapt zyn, dat men de voegen qualyk bekennen kan; wanmeerze vuyl geworden zyn, moet men ze in zeewater zagen, kneeden, zonder wringen weder uytbreiden, en in de Son drogen, de losgegane voegen weder op malkander leggen, met een ligt-steen of Porcellaan hoornijte weder overstryken.

Deze tweede zoorte van kleedjes, noemt men op Tambocco *Inike*, op Maleys *Boedja*, en alle beide op Javaans *Daluwan*.

## IX. HOOFDSTUK.

### *De ruyge wilde Vyge-Boom.*

**D**eze zoorte van wilde Indiaansche *Vygen*, maakt een byzonder geslagt op zig zelfs, van de voorgaande merkelyk verschillende, en verdeeld in twee zoorten, grootbladige en kleenbladige.

Eerstelyk: Grootbladige *Gobi*, is een middelmatige regte boom, met een donker-groene of zwarte schorsse. Be bladeren zyn van ongelyke grootte, want zommige zyn 9. en 10. duymen lang, 6. vingers breed, zommige 5. en 6. duymen lang, 4. vingers breed, alle na voren toe op 't breest, schielijk in een langachtige spitzo toelopende, agter met twee ronde billen, aan de kanten wel niet gekerft, evenwel bebbenze bier en daar bogtjes en boekjes als tanden, maar aan de jonge boomen zyn ze merkelyk getand. Zy zyn donker-groen, droog, en styf, ruyg in't aantasten, en bykans stekelig, byzonderlyk aan de onderste syde. Zy bebben weinige dwars-ribbetjes, en die wyd van malkander, de spatien tusschen dezelve zyn ongelyk, en met vele adertjes doorregen, als *Varinga*; zy staan op dikke en korte steelen, meest tegen malkanderen, dog houden geen vaste order.

De vruchten wassen niet alleen aan alle de takken, maar ook aan den stam, tot aan de wortel, en waar dezelve bloot leyd; die aan de ryskens wassen, hangen enkeld, gelykende jonge *Vygen*, uyt den oorspronck der bladeren, rond als een *Musquet-kogel*, en voor met een kleenkuyltje, bleek-groen, met witte en blaauwe stippeltjes, ruyg in't aantasten.

Het buytenste vleesch is wit en korlig, kleverig in 't byten, doch zonder melk, binnen met korls gelyk andere *Vygen*, die aan de stam wassen, hangen met trosjes by malkander. Uyt de kleene takjes en bladeren vloeyd geen melk, maar slegts een weinig kleverig en melkachtig zap uyt den stam, als mede uyt de vruchten daar aan wassende.

Hy waft van zelfs in de Valeyen, zommige planten hem ook by haare buyzen, met de jonge boomjes.

Deze